DILECTO FILIO, NOBILI VIRO,

MARIANO RIVERA PAZ,

Præsidi Ditionis Guatimalensis.

DILECTE Fili Nobilis Vir salutem et apostolicam Benedictionem. Magnam in Domino consolationem accepimus cum ex Litteris nobilitatis tuæ datis XVII Kalendas Quintiles anni 1841 *certiores facti fuimus, te ex Decreto etiam aliorum moderatorum Reipublicæ revocasse non semel ad Ecclesiam suam Venerabilem Fratrem Raimundum Guatimalæ Archiepiscopum; qui calamitoso alio tempore istinc discedere coactus fuerat. Et quoniam idem vester Archiepiscopus nunc redire non potuit, consilium cum illo iniisti sane prudentissimum implorandi à Nobis alium antistitem, qui ejusdem esset coadjutor futurusque successor. Nos igitur præclaram hanc vestram agendi rationem meritissimis prosequuti laudibus, et postulationi eidem per libenter obsecundantes proximus ad id muneris Virum bene de Ecclesia meritum Venerabilem Fratrem Franciscum Garcia Pelaez, quem in consistorio nuper â Nobis celebrato Archiepiscopum interea Bostrensis Ecclesiæ in infidelium partibus renunciavimus. Hujus quidem providentiæ nostræ testes sunt apostolicæ Litteræ, quas statim ea de re dedimus. Sed quoniam Venerabilis Frater Georgius Episcopus Sancti Salvatoris, quem eam ipsam ob causam ad Nos Legatum miseras jam istuc reversurus est, voluimus insuper has ei ad te dare Litteras, quibus nobililitati tuæ, aliisque Proceribus, totique Populo Guatimalensi sensus paternæ præcipuaeque caritatis nostrae impensius testamur et confirmamus. Oramus autem et ob-*

secramus Dominum ut super te, ac super cunctos inclytæ istius gentis ordines sua benignus dona multiplicet. Ac superni hujus præsidii auspicem, nostræque pignus estudiosissimæ voluntatis apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Nobilis Vir, eisdem que concivibus tuis, intimo cordis nostri affectu peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum die 11 *Martii anni* 1843, *Pontificatus Nostri Decimotertio.*

GREGORIUS PP. XVI.

A nuestro amado hijo, varon distinguido, Mariano Rivera Paz, Presidente del Estado de Guatemala.

GREGORIO PAPA XVI.

AMADO hijo, varon distinguido. Salud y bendicion apostolica. Grande fué el consuelo que recibimos en el Señor, cuando por vuestra comunicacion de 15 de Junio del año de 1841 nos hemos impuesto de que, por un Decreto expedido tambien por los otros gobernantes, volvisteis á llamar à su Iglesia á Nuestro Venerable hermano Ramon, Arzobispo de Guatemala, de donde en el tiempo pasado de calamidad, fué obligado á salir. Y por que no pudiendo Vuestro Arzobispo regresar por ahora, adoptasteis, con acuerdo suyo, el prudentisimo consejo de que nombrasemos otro Prelado que fuese su coadjutor y futuro succesor. Nos, por tanto, elogiando merecidamente la manera con que habeis obrado y accediendo con la mejor voluntad à los ruegos que nos habeis hecho, hemos nombrado para aquel cargo á un benemérito eclesiàstico, el Venerable hermano Francisco Garcia Pelaez, á quien en el ùltimo consistorio que fué por Nos celebrado, proclamamos Arzobispo, por ahora, de la Iglesia de Bostra en las regiones de los infieles. Son en verdad testimonio de esta providencia las letras apostólicas que desde luego le mandamos librar. Mas como el Venerable hermano Jorge, Obispo de San Salvador, á quien con este objeto enviasteis de comisionado cerca de Nos, está ya para regresar, hemos querido darle esta carta para Vos, por medio de la cual, tanto à Vos mismo, como à los demas Gobernantes y à todo el Pueblo de Guatemala, deseamos manifestar y con-

firmar los sentimientos de la Paternal caridad que les profesamos. Pedimos, pues, y rogamos al Señor, que se digne benigno multiplicar sus dones sobre Vos, sobre ese ínclito Pueblo y autoridades que lo gobiernan. Y, como presagio de esta proteccion soberana y testimonio de nuestra muy afectuosa voluntad, os damos amorosamente á Vos amado hijo, Varon distinguido, y á todos vuestros conciudadanos, con íntimo afecto de nuestro corazon, la bendicion apostólica.

Dado en Roma en San Pedro, el dia 11 de Marzo del año de 1843. decimo tercio de nuestro Pontificado.

Gregorio Papa XVI.